



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 118. Neo-electus Papa nominatus Clemens VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

pore, quo ferme nullus in eum oculos **Sæcul. XVI.**
 conjecerat, selegit, ipsiusque nomina- **A.C.1592.**
 tio tantopere omnibus grata accidit, ut
 die vigesima nona Januarii omnium fer-
 me suffragia in eum conspirarent, at-
 que altera die trigesima ejusdem men-
 sis communi omnium voto in Papam eli-
 geretur: ergo quantocius Pontificali
 habitu ornatus ad sacellum Paulinum
 deducitur, ac pro more ibidem officiose
 salutatus, in suam electionem consen-
 tire rogabatur: ast ille in Cathedra sibi
 parata confidere renuens, in terram
 sese prostravit, precatus, ut Deus, si
 ejus electio Ecclesiæ proficua non fo-
 ret, potius ab eo animam suam repe-
 teret.

§. CXVIII.

*Neo - electus Papa nominatus Cle-
 mens VIII.*

Postea Pontifex e terra surgens, quod *Oldoin. in*
 Clementis VIII. nomen assumeret, *add. ad Ciac.*
 declarabat, cunctosque Cardinales *pag. 265.*
 tenero affectu complexus demum solitis
 solemnitatibus ad Basilicam Divi Petri,
 inde vero in Vaticanum deducebatur
 palatium. Tum annum ætatis suæ
 agebat quinquagesimum sextum, die
 autem secunda Februarii Alphonsus Ge-
 sualdus Cardinalis Ostiensis Episcopus
 pro more inaugurationi Pontificiæ so-

Sæcul. XVI. **A. C. 1592.** lemnia peragebat, atque octavo post die neo-electus Pontifex supremæ suæ dignitatis insignia a Cardinale Sfortia Cardinalium Diaconorum Decano receperat: porro hic Pàpa pro Symbolo selegerat hæc Regii Prophetæ verba: *Protektor noster aspice Deus Psal. 83. v. 9.* die autem quarta Aprilis Ecclesiæ ad S. Joannem Lateranensem possessionem accepit.

§. CXIX.

Hujus Pontificis historia.

Ciac. p. 251. **C**lemens VIII. qui ante electionem Cardinalis Hyppolitus Aldobrandinus nominabatur, origine Florentinus Fani, quod oppidum est Pisaurum inter, & Senogalliam ad maris Adriatici oram situm, ex nobilissimo illius patriæ genere natus est, nam Patrem habuit Sylvestrum a Sixto V. Fanensi administratione auctum, Matremque Lesam Deti: illius vero frater fuit Joannes Aldobrandinus, qui in Magni Pœnitentiarum dignitate sancto Carolo Borromeo successerat; porro Hyppolitus Alexandri Farnesii præsidio honoratus Romæ suis studiis vacabat, & postea Doctoris Paleottæ Magisterio usus Bononiæ, & Ferrariæ jurisprudentiæ operam dabat: inde Romam reversus omnes Romanæ Curia dignitates obibat.